tam et aliis causis quibus et quantis sunt quietat emittit et liber-
os facit. Obductionibus vulnerum et processibus omnibus cassant.

Pietrzykowo   Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Capitan. Capitaneal. Branscen. personaliter comparens Nobilis Laurentius olim Pauli Pietrzykowski de Pietrzykowo Gołębie sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Martino olim Simonis Pietrzykowski et ejus successoribus Portionem in haereditate Pietrzykowo Gołębie sitam in campo sedecim sulcos hyemales a via ad Silvam tendentes inter metas Christophori et successorum olim Stanislai Pietrzykowski jacentes cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis in octo florenis Polonicalibus hinc ad exemptionem et summae praefatae integram exsolutionem obligavit et inscripsit, seu eam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per eundem et eius haeredes offerre acceptandam dat et admittit. Submittendo se de omnibus bonis cum successoribus suis memoratum Tenutarium suum et ejus posteros evincere quitiando ab omni impedimento cujuscunque personarum quorumvis et cuiuscunque per totum tempus tenutae hujusmodi Obligationis quotiescunque opus fuerit tueri defendere evincere solusque per se et per submissas personas non injuriare sub vadio simili eorum octo florenis Polonicalibus et coram officio praesenti in primo citationis termino peremptoria responsione ac satisfactione omnibus in universum juris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de jure concessibilibus se et haeredes suos renuntiavit subscribendo et abrenunciando.

Hryniewicki   Emissio

Coram officio et Actis praesentibus Capitan. Capitaneal. Branscen. personaliter comparens Nobilis Adrianus olim Theodori Hryniewicki sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobilem Theodorum olim Demian Hryniewicki de causa et Actione Rei vulnerum adquaedam rite judicium instituta ob praefatam sibi sufficientem satisfactionem quietat emittit et liberum facit. obductionem et processum eam in causa obtentum cassat et annihilat perpetuis ac diuturnis temporibus.

Zimnoch   Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Capitan. Capitaneal. Branscen. personaliter comparens Nobilis Jacobus filius Alberti Leszczyński sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Laurentio olim Joannis Zimnoch et eius successoribus Tenetur esse debitor certi veri et liquidi mutuatisque pecuniae summam Trzydzieści

flore.